UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 120. Infamis Pyramis contra Corsos Romæ diruta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67332

Visual Library

dies inconſulto ſummo Pontifice abrogavit, quos tamen ſub idem ferme tempus reſtituere, ab eodem cogebatur. Sæc. XVII. A. C. 1668.

§. CXX.

Infamis Pyramis contra Corſos Romæ diruta.

Tantopere Ludovicus Galliarum Rex ſe ob redditam pacem Curiæ Romanæ obſtrictum profitebatur, ut ad ſummi Pontificis votum Pyramidem illam genti Corſicæ infamem, atque ante quinque annos Romæ erectam deſtrui permitteret: Hanc in rem Pariſienſes nummum cudi curarunt, in quo hæc verba: *Violatæ Majeſtatis Monimentum abolitum* una ex parte, altera vero hæc inſcriptio legebatur: *Pietas optimi Principis erga Clementem nonum.* Sub idem quoque tempus permittente viciſſim hoc Pontifice ab area Divi Antonii Templo vicina, columna eſt revulſa, quam Clemens VIII. Pontifex ob memoriam Henrici IV. Galliarum Regis a Calvinismo ad fidem Catholicam reverſi erexerat.

Hod. Hiſt. de Louis XIV. l. 30. pag. 310.

§. CXXI.

Facultatis Cadomenſis cenſura contra quemdam librum.